



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lilivm Inter Spinæ**

**Sterre, Jean Chrysostome van der**

**Antverpiæ, 1627**

Cap. XLVIII. Quòd visum est cáput eius ardere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

filijs hominum. Ecce, qualiter in oculis nostris renouantur antiqua miracula, & spiritualium luce stellarum ista nox nostri temporis illuminata resulget: ut sit iam nox nostra sicut dies temporum exactorum, & noctis nostræ illuminatio inter diei delicias debeat computari.

## CAPVT XLVIII.

*Quòd visum est caput eius ardere.*

C O G O R, sed volens, sanctitati tuæ,  
Frater charissime, etiam virorum fidelium & nobis cognitorum testimonia\* adhibere, ne te solum feminarum testimonio mirificum prædicemus; tamquam virorum testimonijs careamus, aut eadem supprimamus. Audiant ergo, sub compendiosa breuitate, quiddam satis mirificum, quod \* de ipso IOSEPH (non ipso, sed Domino reuelante) cognouit. Stetit aliquando Dei Angelus (teste enim Pro-

\* *Defectus  
hic erat in  
MS. codice,  
quem hoc  
pacto resti-  
tuendum  
puto.*

\* *Fortè  
quidam  
deest.*

**Malach. 2.** Propheta, Sacerdos Angelus Domini exercituum est ) iuxta Altare( non in tempore Sacrificij salutaris , sed alio, aliaque de caussa) habens in manu sua librum positum super Altare ; & in illum respiciens, aliquid meditando, legebat. Contigit in ipsa hora, Domino ordinante, superuenire Fratrem Ecclesiae nostrae conuersum , quem diliebat Ioseph: qui & de ore ipsius, non nulla de eis, quae tractata sunt, magnifica intellexit.

*Facies beatissimi Iosephi quasi cincta lampadibus visa est radios emittere.* Et respiciens Ioseph stantem, vidi vultum eius tamquam vultum Angeli coruscantem ; ipsius verò capitidis summitatem similem carbonum ardentium & flammatum lampadarum . Ecce \* verè viri

*\*Fortè Ecce viri verè Israëlitæ.* veri Israëlitæ testimonium, viri iurati, viri omni exceptione maioris. Quid vobis videtur? Clament omnes, & clament singuli : Dignus testis; dignum testimonium. Dignus enim à digno laudatus est, & innocens innocentis testimonio probatus est. Qui enim vidit,

ORDINIS P R A E M O N S T . 159  
vidit, testimonium perhibuit de his:  
& scimus, quia verum est testimo-  
nium eius. Accedamus & nos corde  
quo possumus; & comprehendamus,  
si possumus, quale Domino holocau-  
stum, illo sub tempore, fuerit spiritus  
Ioseph: quanto illum igne Spiritus  
sanctus inflammascerit, cum ille cami-  
nus interior intus in corpore non po-  
tuerit latitare.

## C A P V T X L I X .

*De expositione Cantici canticorum.*

HABEMVS etiam Fratris alterius  
testimonium ( siquidem sancti-  
tas viri virorum testimentijs astruen-  
da) sed necessarium est ut præmittam,  
quod ab ipsius Ioseph mihi rela-  
tione compertum est. Cœperat expo-  
nere, & exposita in scriptum redigere,  
Cantica canticorum; mirantibus no-  
bis, & intra nos, & inter nos, aut præ-  
sumptionem, aut simplicitatem eius  
accu-